Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



utquemadmodum cum dm audias dicere cognoui intellegis cognoscere uoluisse;
sic cum audias de filio hominis id est xpo dici quod illum diem nesciat. Intelle
gis dici quod nesare faciat; Quid est autem nesare faciat occulte; Et ut
nesciator quod uobis prodi non prodest hoc est quod dixi magistrum bonum
nosse quid prodat nosse quid tegat; Sicut quaedam eum legimus disto
lisse. Unde intellegimus nonomnia promenda esse quae capere non possunt
hi quibus promuntur; Dicit enim alibi multa habeo uobis dicere sed
non potestis illa portare modo; dicit et apostolus; Non potui loqui uobis
quasi spiritalib; sed quasi carnalib; Quasi paruulis in xpo lac uobis
potum dedi non escam; Neque enim potestis sed nec ad huc qui
dem potestis; Quo proficiscite sermo utquomam diem nouissimum
sciamus uenturum. Utiliter autem sciamus uenturum et utiliter ignoremus
quando uenturus sit; Paratum cor habeamus bene uiuendo et
non solum non timeamus uenturum illum diem sed et amemus, dies
quippe ille sicut infidelib; laborem auget sic fidelib; finit; Quidau
tem horum duorum uelis esse antequam uenias. Nunc est in potestate
cum uenerit non erit; Elegi ergo cum tempus est quia dis quod mi
sericorditer occultat misericorditer differt; Iam enim quia in
quacumq: genere uitae quod habet aliquam professionem nonom
nes inuenientur probi Nonomnes reprobi; Ex hoc apparet quia
de quib; dam hominum generib; quae per similitudines in euangelio
modo proposita audiuimus sicut conclusit, Unus sumitur et unus
relinquitur. Assumitur bonus relinquitur malus; Uidentur duo
in agro eadem professio est sed non idem cor; professionem uident
homines cor nouit dis; Quod liberi ergo ager significat unus assumi
tur et unus relinquitur; Non quasi dimidia pars assumitur et
dimidia relinquitur sed genera hominum duo dicit; Et si aliud eorum
sit in paucis aliud in multis unus assumitur et unus relinquitur;
Hoc est unum genus assumitur et alterum relinquitur; sic in lecto
sic in molendino exspectatis fortasse si quid istas sint; Uidetis certa esse et
similitudinib; quib; dam in uolutis potest mihi aliud uidere alter ali
ud; Sed neq: ergo quod dixero praescribo alteri ad melior em intel
lectum; Nec ille mihi aduersum q: accipiendum sit utrumq: cum fide
concordat; Uidentur mihi in agro laborare qui praesunt ecclesiis;
sicut apostolus dicit di agricultura dei aedificatio estis; Nam arci testum.